

[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

11/20
20/14
4



[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and difficult to decipher.]



Catalogus

- 1/ Princeps Legibus Humanis,
sed non Divinis solutus,
J.B. Franc. Buddaeus, Hala.
1695.
- 2/ De Personis Egregiis, earumque
Jurebus. Hens. Ridelbrand
Altorf. 1693.
- 3/ Epist. Memorie = Rych
L. Wittung 7. Jene
J. Philipp. Müller Jene
1699
- 4/ Obzinn Suberisse Abtinn
in Fantstand, 17. 20. 30. 40.
H. Donner. Hens. Gantber
Bulemanus K. fra. fast
an Megn. 1692
- 5/ De Ferr. Illustris Filij Delin
quentis. J. dam Klein
Rostock. 1697.



- 6/ De Inorleyis Studiosorum
 ex Auth. Habt. C. ne Filius pro
 Patre et Lucas Beckmann
 Witteberga 1702
- 7/ De Sumtibus Studiosorum et
 Johann ^{Wass} Schoefferus. Franck.
 ad Vind. 1687.
- 8/ Apostasia Studiosorum
 J. S. Witte. Altdorf. 1679
- 9/ Oratio de Studiis Elegan-
 tia et Herm: von Dr. Hardt
 Helmst. 1701.
- 10/ Oratio de Bono Academi-
 Christoph. Henr. Ritmeyer
 Helmst.
- 11/ Moralitas Graduum Acade-
 micorum et Franco. Albert
 Appianus. Rostrob. 1702

- 18 / De Locis Fundorum, Carp.
Hens. Hornius Wittenb. 1693
- 19 / Utrum et quousq. Iudi ac Mu-
ti Feudorum sint capaces?
Joh. Hens. Berger. Lipsia
1707
- 20 / De Officio Auditoris. Barb.
Leon. Schwendendorff
Lipsia . 1695.
- 21 / De Jure Foga. J. J. J. J. J.
Wilhelmi Miczgori
Hardenwici 1710.
- 22 / De Decretoribus s. Delito-
ribus non solvendo exstent-
ibus vulgo Banquerottic-
ren s. Georg. Welnerus
Helmstadt 1703.

- 23) De Medici Officio, Direct I.
Abraam Bobnius Lips. 1697
24. 25. 26. Continuationes ejus
dem Bobnij Lipsia. 1697. 1699.
27. Microvellus Medicus seu
Ratio Status Medicorum
Anonymus Argent. 1698.
- 28) De Pseudologo Pseudo-Me-
dico Georg Henricus
Goetzius Lipsia. 1700.
- 29) Homerus Medicus, Adamus
Brendelius Witeub. 1700.
- 30) Superstitiosus Medicus, Au-
gust. Quirn. Rivinus
Lipsia. 1698.
- 31) Medicus Inculpatus, Dem
Rivinus Lipsia 1699.

32/ De Medicamentis insecuris
Frider. Hoffmanni: Hale.
1713.

33/ An Medicis impune occi-
dere liceat. Wils. Hud.
Waldfried. Kilia. 1704.

34/ Medicina Forensis Hb.
Bodn. Lips. 1690.

35. 36/ Continuationes ejusdem
Bodnii Lips. 1690 1692.

37/ Positionum Medico-Fo-
rensium Enneac
Albard. Hermann Cam-
mus. Jenæ. 1654.

38/ de Vulneribus, Henr. Rud.
Redeker. Rostock. 1667.

39/ Synopsis Doctrina ac Medi-
cina Vulnerum Wittenb. 1693.

- 40 De Vulnere Letali Iustus
Henr. Mangsd. Kitzbelij
1701.
41. Henricus Meibomius de
Vulncribus Letalibus,
Helmst. 1694.
42. de Vulneratione Letali
Frider. Philippus Luptze
1684.
43. de Fundamentis Letalitatatis
Vulnorum. Georg Wolff.
Wedelius Jena. 1695.
- 44 De Vulnere Capitis, Fre-
naus Vobr. Francof.
ad Oder. 1689.
45. De absoluta Letalitate Vul-
neris Arteriae Magnae
Franco. Henricus Merz-
meister Hala. 1694.

46. De Vulnerebus eorumq; Symptomati-
tis. (Anst: Pater) Wittenb. 1712
47. De Erroribus circa causas mor-
tis subita. W. Henr. Hen-
ricus Wittenb. 1703
48. De Efficacia Sierum Criti-
corum in Vulnerebus de Letali-
tate dubiis. Georg Wolff.
Wedelius. Jena 1712

No. 11.

Q. D. B. V.
**MORALITAS
GRADUUM A.
CADEMICORUM**

EX JURIS NATURÆ PRINCIPIIS,
CONTRA FANATICOS PRÆsertim,
ASSERTA
ET

BENIV. AMPL. FACULT: PHILOSOPH: CONSENSU,
IN FAMIGERATISSIMA MECKLEN-
BURGENSIUM ACADEMIA,
IN AUDITORIO MAJORI,
Anno MDCCII Die Junii,

SUB PRÆSIDIO

**M. FRANC. ALBERTI
ÆPINI,**

S. S. THEOL. CAND.
DEFENDENDA
AB

AUCTORE RESPONDENTE
JOANNE CARLQVIST,
Sveco.



Rostochl, Typis JOH. WEPPLINGII, Univ. Typogr.



Speſtatiffime DOMINE
CAROLO FRIGEL
Senator Caroli Coronæ
Prudentiffime,

Pater curæ ad Cineres usque quovis filiali
obſeqvio & amore devenerande,
colende.



Vum affectum tuum erga me
cogito, etiam Paternâ indul-
gentiâ molliorem, magnitu-
dinem amoris & beneficii tui
deprædicare fatis non pos-
sum. Ab eô etiam tempore,
qvo me ut tuum diligere, atq;
etiam Patris amiffi affectum
repræſentare cœperis, nullû
fateor momentum imo nec temporis punctum aut
beneficiô sterile aut vacuum laude deprehendi.
Tanta ſiquidem Tibi ſemper fuit benefaciendi vis
ut indulgentiam tuam neceſſitas quaſi œmulare-
tur. Quæ etiam Te tua ſponte impulit, ut non con-
tentus ad Patriam me ablegaſſe Carolinam (quæ &
ipſa

ipsa decora protulit ingenia) Studiorum meorum
excolendorum gratia ad inclytum hoc Mechlenbur-
gi Rosetum mitteres; ubi per biennium & quod ex-
currit usibus meis benignitas tua exuberavit. Hac
tam largam beneficiorum materiam cum me Tibi ar-
ctissimo obligationis vinculo obstrictum devin-
ctumque merito agnoscam, ingratus essem
nisi Tibi potissimum studia mea quaecumque con-
secrarem: ex aere dedicaremque. Utpote cum
eadem Paternis tuis exhortationibus tanquam acer-
rimis stimulis non solum semper intendisti, verum
etiam ut fructus eorum particeps sublevasti. Ac-
cipe igitur benigne in vicem maximi beneficii,
praesens quaecumque Academicorum studiorum
specimen; & hoc super caetera amoris apud Te
mei pignus extare patere. Quod si feceris (de
quo certissimus sum) tantam tibi spondeo carita-
tis constantiam, tantumque filiale obsequium, ut
finiri nisi morte ejus non possit, qui mansurus
est.

Tui

Observantissimus Filius.

JOANNES CARLOVIST

Nobiliss. & Clarissimo VIRO,
Dn. JOANNI CARLQVIST, Svæco.
Disputationis hujus Auctoris
S. P. P.

UT Tuum in omne bonorum studiorum genus ardorem, cum nativâ quâdam modestiâ & pietate conjunctum, summo semper amore prosecutus sum: ita nunc eò lubentius Tibi gratulor, quum ingenii tui judiciiq; specimen, Tuomet Marte compositum, in publicum edis, de eodem in Academicâ cathedrâ omnium cum adplausu responsurus. Nec enim mihi ignotum est, quam Tibi omnes laudem tributuri sint, cum in privatissimis Scholis meis tantâ semper cum promptitudine, tantâ cum facundiâ de rebus Tibi propositis differas, ut omnes ideò Te ament & à Te cupiant, quod exprimant imitando, exemplur. Nec minus illa, quam conspectui nunc nostro exponis, opera candorem Tuum prodit & in immaculatam veritatem amorem. Jam enim hac tuâ ætate vulpes illas, quæ hodie vineam Domini jucundis pessimo seculo artibus devastant, è latebris suis extrahere discis & quid periculi inde animarum saluti immineat, omnium oculis exponere. Quare hæc hac tuâ virtute, CARLQVISTI optime, & in instituto tuo pertinaciter persevera. Ita enim Sveciæ Tuæ virum, Ecclesiis suis saluberrimum aliquando adportabis. Quod ut felicissimo cum successu fiat, enixis à DEO precibus contendo. Scr. Rostochii, d. XXVI. Maji MDCCII.
JO. FECHT. D. P. P. Consistorii Duc. Adf
& Distr. Rostoch. Superintendens,

I. N. J.
PROOEMIUM.



Umanæ Societati haud parum prodesse præclara civium facinora condignis exornari præmiis, Politici magno docent consensu, & quilibet non occupato iudicio cum ipsis fatebitur. Tantum aleo abest, ut honores & dignitas gradus ex eadem exterminari debeant, ut potius sine iis ne salus quidem ejus commode servari aut promoveri queat. Bene itaque & sapienter Majores nostri instituerunt, ut in singulis Reipubl. statibus singulis membris, pro merito, dignus conferretur honos. Quo Factum etiam est, ut non minus eos, qui ex liberalibus, quam bellicis artibus honesti nominis famam petierunt, venerarentur admirarenturque. Hinc Studia artesque bonas in complexu, oculis & auribus habebant, haut ignari, ex iisdem, quam armis, non minorem, ni forte majorem, in Rempublicam redundare utilitatem posse. Et sic tot tamque diversi dignitatum academicarum gradus, non sine summa Reipublicæ utilitate, ab ipsis introducti fuerunt: quos tamen Fanatici, nescio quâ rabie, ubique fere locorum insectantur, & ex Academiis nostris, irrito licet conatu, penitus eliminatos cupiunt. In quorum scriptis perlustrandis dum, aliunde data occasione, fuerimus occupati, non potuimus satis admirari hominum ineptias admiratione dignissimas, quas, cum animo sedeat specimen aliquod Academicorum Studiorum

A

orum dare, haut abs re esse putavimus, quantum ingenii vires permittent, adcuratius paulo examinare & maturiori Eruditorum quorumcunque judicio submittere. Præsertim cum res agatur feria, ordines Academicos, qui tam longam jam consuetudine obtinuerunt, haud parum attinens. Ideo sanè permoti, utpote in Academia degentes, hanc materiam discutere nobis sumimus, quid Gradibus Academicis recti quidve illis illiciti subsit examinaturi. Equidem non est nobis ignotum à summis Viris de Ecclesiâ nostrâ & Republicâ Literariâ optimè meritis, Theologis pariter ac Politicis, argumentum hoc solidè non minus, quam abunde pertractatum esse, non tamen ita discussum ipsum deprehendimus, ut omnes differendi materia exhausta nobis sit. Ex ipsis enim Juris Naturæ Principiis moralitatem Graduum nostrorum probari posse, cum animadverterimus, haut ingratam nos rem præstituros rati sumus, si quomodo hanc demonstrationem procedere oporteat, exposuerimus. Accipe vero, Benivole Lector! meditationes hæc rudi Minerva conscriptas easque in meliorem partem interpretare, & oculis minus acribus adspice. Sic namque nos tantum impetraturos confidimus affectus & benigni iudicii tui experimentum, quantum maximum capere possumus. Tuque, summe Deus! qui verus Fons luminis ac sapientiæ es atque super eminentis principium, cui soli omnis honor, omnis debetur gloria; dirige cogitationes nostras, dirige linguam manumque, ut quicquid hac de materia à nobis cogitatur, dicitur, scribitur, vergat in nominis tui Divini gloriam & Studiorum nostrorum emolumentum.

CAP. I,

CAP. I.
STATUM CONTROVERSIÆ,
FORMANS

§. I.



Quod Gradus Academicos ambiendi va-
rios esse, quotidiana experientia lo-
quente, quis ignorat? In his vero viam
virtutis & meritorum rectam solum-
modo esse nemo facile diffitebitur.
Quis enim Virtutem & præclara faci-
nora non diligit, colit, veneratur &
admiraatur? quis industriam, probita-
tem, eruditionem & liberalia Studia
debitis honoribus condecoranda esse,
ambabus, quod ajunt, manibus non conceder? Sed quemadmo-
dum vitio merito veritur, si quis honorem ita contemnat, ut ne-
gligat etiam actiones Virtutis, quibus honorem consequimur; ita
etiam non levius peccat, qui eo honore dignum se putat, quo di-
gnus non est, aut ad magna adspirat iis mediis, quibus ad illa ten-
dere minime licet. Quod hodie, proh dolor! abs haud paucis
fieri testis est experientia ipsa. Quam multi enim gradus Aca-
demicos affectant, sufficientis eruditionis requisitis pa-
rum instructi, nec tamen spe sua excidunt. Quod vero tan-
tum abest ab intentione Auctorum graduum Academicorum
& ipsorum graduum sine, ut eidem nihil magis possit esse con-
trarium. Ex quo & indissolubili nexu fluit, quod haut quaquam
adprobandi sint illi, qui justo liberaliores aut profusiores in
conferendis gradibus hisce, sine ullo discrimine eruditionis &
meriti, immerentes & indignos cum benemeritis & dignis con-
jungunt, cum meritorum cuiuslibet hic maxime delectus ha-
bendi essent. Culpantur sane haut immerito ab omnibus, qui
aliquid in se salis habent, & improbantur tales graduum Aca-
demicorum dispensatores, qui benigniores esse volunt, quam sa-
lis Reipublicæ Literariæ patitur. Nec ullam errori suo excusa-
tionem

tionem obtendere possunt, licet malæ causæ suæ sollicitius colores quærent, dicentes: Sicuti merentibus, ita etiam meritis gradum licite conferri posse. Qvis enim eorum in studiis futurum profectum, aut diligentiam divinare, quis collarum hunc honoris characterem eosdem unquam merituos, infallibili prælagio sibi polliceri audeat? Præsertim cum exemplis, quibus ætas nostra magno numero abundat, edoceamur, per plurimos non vulgarem in literis tamdiu mentitos fuisse diligentiam, donec, ad quem adspirarunt, honoris gradum obtinuerunt, quo deinceps obtento remissiores facti, socordiam non solum, sed abjectis quoque artibus & indignis seculo studiis sese tradiderunt, non sine summo societatis incommodo inutilia terræ pondera facti, sibi graves & aliis molesti. Absit itaque ab Academiæ Patribus ejusmodi inconsiderata honorum Academicorum largitio, quæ sine judicio vel modo in omnes improbo quodam impetu fertur: quin potius de eo solliciti sint, ut iis tantum conferantur, qui tantis ingenii viribus pollent, quique eam sibi rerum scientiam & eruditionem acquisiverunt, quæ gradus honoris decet, haut ignari, in pœca isto, tot Ecclesiæ Reique Literariæ olim ornamenti imposito carum non inesse vim, ut eruditionem capiti simul & cerebro ejus, qui eo ornatur, infundatque.

S. II.

Haud raro etiam fieri cernimus, hosce inimicos vitiiis honores iis conferri, qui ingenio quidem & variarum rerum scientia pollent, sed tamen Vitiiorum omnis generis contagione laborant. Quibus applicari merito poterit, quod non minus verè, quam eleganter dixit Romanæ Eloquentiæ Pater: *Insignia virtutis sine virtute assequuntur.* Bonum factum! quod tamen à cordatis non potest non improbari. An enim, quæ est sine virtutibus, Eruditio æstimari meretur? utpote cum fororiorum quasi inter se vinculo sint conjunctæ. Equidem præcipuum characterem, ex quo Idoneus judicatur ad gradum Academicum capescendum Candidatus, eruditionem & scientiam esse, lubentes concedimus. Hoc tamen non obstante, quis eo dignus sit,

sit, non ex sola eruditione, sed morum simul vitæque integritate altimari debet, cum sine illa eruditio, quantumque unquam fuerit, optatum raro habuerit exitum. Vidimus sæpè multos, qui sub primis studiorum initiis acutissimo pollebant iudicio, ingenio præstantissimo et memoria ferè Divinâ, postquam autem Bacho militare & Veneri, levium armorum matris, audientes esse cœperunt, perporandi libidine aliorumque vitiorum mirâ dulcedine capti devictique tandem in furorem actos vel brutis ipsis deteriores factos. Dulcissimum licet, impuro infusum Vasi, fœterum acescit. Sic, quæ in vitis contaminato existit, eruditio vilescit. Ut adeo hæc ratione per eminentissima sæpe ingenia, historia teste, in Ecclesiam & Reipubl. haut minima invecita pars sit incommodorum, cujus tamen utilitatem quilibet, quantum in se est, omni curâ atque contentione promovere tenetur. Hòc vero cum nudis Speculationibus fieri nequeat, omnino praxis accedat, oportet, quæ ut in aliis honestis & societati laudatibus actionibus, ita etiam non minus in vitâ inculpatâ, morum integritatè & honesta cum aliis conversatione conspicua redditur. Optime Seneca ^(a) quòd suo sensu omnibus applicari Facultatibus potest; *nullos pe. u. mereri de omnibus moralibus;* judicat; *quam qui philosophiam, velut aliquod Aristoteli venale didicerunt;* qui aliter vivunt, *quam vivendum esse præcipiunt.* *Exempla etenim ipsos inutiles ad disciplinæ circum fecerunt, nulli non vitio, quod insequuntur obnoxii.* Quibus itaque ad tantum præmium tantumque academici honoris decus aspirare decretum est firmiter, eos, præter eruditionem, probitate morum, virtutum varietate prius instructos esse decet. Frustra enim, per gradus alicujus ornamentum longâ consuetudine corruptos depravatosque mores reformari aut corrigi posse, speratur.

(a) Epist. 108.

S. III.

Præterea non semel contingere videmus, permultos virtute & meritis alioquin impares honorum suffragia muneribus captare, quod notoriè ex verò pronunciat Linnaeus (a) Et jam dudum innotuit Batavorum corruptus in conferendis honoribus

(a) Jur. Publ. L. 112, c. 8. u. 2.

moribus mos, quem sane, si fama credere licet, laudare non
possumus. Est enim in elargiendis academicis dignitatibus ni-
mis liberalis, dum easdem omnibus sine discrimine venales
habet. Unde etiam in proverbium abiit Formula: *Summus
pecuniam & in summis asinos in Patriam.* Omni sane tempore
Plurimi de Republica Literaria optime meriti Viri digna hoc
facinus notarunt censoria Virgula. Unde etiam tritum illud:

Dignus & Indignus pariter nunc ambit honores

Atq; ablativus casus utrumq; beat.

Eleganter quoq; cecinit Taubmannus

Doctor palmare est: Sed de palmare uterq; est,

Qui Doctorem auro vendit emitq; suum.

Doctrina & virtus pretium est, quo Doctorematur;

Si res argenti est, morio Doctor erit.

Quibuscum & nos non possumus non facere, perversum hunc
& Reipubl. Literariae perniciosissimum Gradus academicos
ambiendi conferendive abusum penitus damnantes. Perpen-
dentes etenim Graduum dictorum finem, videbimus certe in-
eum non leviter peccari. Nimirum conferendi sunt illi ut pra-
mia sint Virtutis & eruditionis, quibus plures eas sectari inci-
tentur, ut majora ab ipsis societas humana sperare commoda
habeat. Non vero ut explenda turpi aliorum avaritiae infer-
viant. Sed tamen contrarium fieri utinam! experientia non
testaretur. Hunc autem perversum impertiendi Gradus aca-
demicos modum Professorum, quibus potior cura est explere
auri sacram famem, quam conscientiae suae satisfacere, unico
adscribendum esse, quis non videt? Quid vero, per Deum immor-
tale! est peccare & peccare insigniter? quid conscientiam suam
laedere? Si non hoc est? Relinquimus Bonorum diuturna re-
rum experientia subacto iudicio, quam gravem Ecclesia & Uni-
versa Respublica patiatur jacturam ex inconsiderata hac indi-
gnorum promotione. Inter omnes constat, quanti pra aliis
gradu splendens, sive mercatur id ipsum, sive maxime, praeter-

un

im ab imperitis æstimatur. Persuasum enim sibi Vulgus habet, si comparatio instituat, necessario illum, qui Titulo ac gradu honorè gaudet, meritis præpollere illi, qui eo condecoratus non est. Sic Mundus vult decipi. Decipitur Ecclesia, dum nonnullorum temerariâ suffragatione ad magna & honoranda ministeria producuntur tales, qui ad sacra Mysteria tractanda non magis apti sunt, quam asinus ad lyram, ceu in proverbio dicitur. Decipitur Respublica, quæ talium Istorum consiliis regitur, qui propter imperitiam suam emolumenta rerum fallacibus iudiciis vident. Decipiuntur singula Reipublicæ membra dum inexpertis Medicis ad periculum usque vitæ vexantur. Decipiuntur Scholæ & Academiae dum Juventuti Doctores ac Magistri dantur, quos ipsos ante discere oporteret, quam docere alios anniterentur. Egregiè, promore suo, Bœclerus: (c) *Historia omnis Ævi me docuit eruditionis vitiate genium corrupta Reipublica vel signum vel causam Fuisse.* Audiamus & Linnæi hac de re quærelam: (d) *Utinam hodie quoque, scribit, nostri ubiq; Candidati, non argento sed scientiâ instructi gradus dignitatum sedantentur, & illi quibus ab Imperatore hæc obrigit benignitas, dignitates Academicas ut possint conferre aliis, sordes & immura in vicem eruditionis non admittent, melior ubiq; rerum Futura Facies, nec stulti melioris conditionis, quam periti conspiciuntur.* Ut adeo hinc quilibet, qui fungum pro cerebro non habet, facile animadvertat quam periculosi sint honores Academici temerè & solius lucri causâ collati, præsertim cum iis periclitetur omnium salus & singulorum.

§. IV.

Insuper & alios videas licet, quorum animos tanta occupavit inanis gloriæ atque honoris cupido, ut quamvis se ipsos honore optime noverint indignos, dignitamen videri velint. Cum autem nullo unquam pacto bene meriti sint, nec mereri valeant de Reipublicæ Literariæ negotiis, quamobrem ut laudem & honorem mereantur, ad gradus eccle! academicos provolant. Alias equidem valetudine mentis laborare iudicaverim, qui cum nihil honore dignum gesserint, honores ta-

men

(c) Dissert. de Voto Imperata pag. 11.
(d) L. lxx. Jur. Publ. c. 3. n. 7.

men flagitant: Sed tamen eorum hant paucos reperi Lippis; quod ajunt, atq; tontoribus notum est. Quot enim, quales non sunt, qui sanioris Philosophiæ doctrinâ, nescio qua negligentia, profus posthabita, superiores scientias vix à limine duntaxat salutarunt, graduum tamen Academicorum decoro ornati incedunt. Si, quid eò lucentur? rogitas, sane id scias eos lucratos, quod desiderarunt, quodq; permagnum, sed, meo quidem judicio, stultè satis opinantur: Nimirum, ut per hoc dignitatis fastigium ab aliis inferioris Sortis hominibus discernantur iisdemq; præferantur, seu, quod vulgo dicitur, *Dass sic einen Rang haben*. His non multum ab similes sunt alii, eò (liceat ita dicere) Stultitiæ abrepti, ut gradus alicujus honorem petant, id unicè propter, quo peramata suæ amatrici eo magis placeant, tumque demum bene secum actum putent, si per honoris aliquem characterem aut splendidioris Familiæ, aut amplioris facultatis, aut elegantioris formæ sponfam, domum ducere queant. Quis vero cordatorum est, qui improbam hanc, tanquam salutari graduum fini admodum adversam, intentionem unquam probaverit? Vetat Musa, agnitis lactibus alligare canem, vetat eodem collyrio mederi omnibus.

§. V.

Ex his vero quinam à gradibus academicis arcendi sint, quique eosdem & quomodo licite ambire ac auferre possint, sat credo constabit. Sed solet etiam non inutiliter, uti quidem judicat Waltherus, * quæstio moveri: anne hoc in negotio aliqua quoque sexus sit ratio habenda? An scilicet Soli Mares possint graduum Candidati fieri, exclusis foeminis? An vero etiam foeminis gradus licite conferatur? Negativam posterioris tueretur sine ullo discrimine Lenauderius, (a) cui etiam aditipulatur Zellerus, (b) inauditum esse affirmans ullam unquam foeminam summos Academicos impetrasse honores: Sed, si dicendum quod res est, in assertionem sua ambo iusto laxiores sunt, cum exemplis clarissimis edoceamur, titulos Academicos nec foeminis denegatos fuisse. Brevitati vero cum studeamus, ex multis unum saltim vel alterum hac vice commemorasse sufficiat

† ap. *Letter. de Grad. Acad.* p. 6.
(a) *De Privil. Doct. part. 1.* quæst. 22. Arg. 1. *De R. J. & Auctor. Alex. in addit. ad Barr. in L. 1. C. de dignitate.*
(b) *Centur. IV. Varior. quæst. 176.*

sufficiat. Sic Isabella Loſa, Boetia, quæ Hispaniæ urbs clariffima, nã-
 ra, eruditione ſua haud vulgari obtinuit, teſtetur Hilarione de Coſtã,
 (v) ut cum ſummã omnium admiratione pariter ac applauſu, axi-
 omate actitulo Doctõris publico maſtaretur. Cui merito, ob
 inſignes ingenii dotes, jungimus Belliziciam Gozadinam, filiam
 egregii Nobilis Oxoniensis, quæ etiam ob incomparabilem,
 quam habuit, latinæ lingvæ & Juris ſcientiam, referente Li-
 mæo (d) titulo Doctõris Juris inſignita in numerum Profello-
 rum univerſitatis ejus loci relata fuit. Porro Laurum Philoſophi-
 cam plurimas eruditione inſignes mulieres adeptas eſſe teſta-
 tur Johannes Paſchiuſ. (e) Luculentum præbet exemplum He-
 lena Lucretia, ſive Cornelia Piſcopia, Veneta, Virgo nobilis, vari-
 arum Lingvarum, Theologiæ, Matheſeos, aliarumque Scientiarũ
 ſtupenda notitia imbuta, Philoſophiæ ſolemniter renuntiata
 Magiſtra. (z) Ut adeo tantum abſit, veritati conſonum eſſe illud
 Zelleri eſſatum, quantum inſignem exemplorum multitudinem
 hiſtoriis fide digniſſimis inſerta eſſe deprehendimus, quæ tamen
 omnia heic referre, nec inſtituti noſtri ratio permittit, nec neceſſi-
 tas exigere videtur. Equidem à Summis in Theologia honoribus
 merito arceri debere feminas concedimus quã lubentiſſime The-
 ologis. Nullam enim in Socialitatem collatus eis gradus Theologi-
 cus ſpirat utilitatem, præſertim, cum partes Doctõris Publici eas
 obire neſas ſit, cum Theologi probant ex I. Timot. II. 12. quã de re
 vid. D. D. Majerus. (y) Sed an a reliquis gradibus propterea ex-
 cludatur femininus Sexus? cum neque divinum, neque Civile,
 neque Gentiũ, neque Naturæ Jus eundem hinc repellen-
 dum dicitur: imo nec Sacræ Literæ, excepto publico in Eccleſia
 docendi munere, ordine aliquo indignas feminas pronuncient.
 Ex eõ vero, quod Miniſterio Eccleſiaſtico eaſdem admoveri illi-
 citum proclamant Divina Oracula, non ſimpliciter conclu-
 dendum eſt: Ergo ab omnibus functionibus publicis & per con-
 ſequentes honoribus uniuſcujuſque Facultatis, ut indignæ, abſti-
 nere debent. Quæ enim Graduum collatio in uno alterove
 finem ſuum, ob ſpeciale obſtans mandatum, non aſſequitur, eam
 in omnibus eodẽ excidere vix Probabile adparet. Dantur
 enim plurima ad huc, quibus aliorum uſui inſervire poſſit. Sic

B

quæ

(v) Tit. i. Parte
 3. de Elogiis &
 vita Regum
 principumque
 pag. 512.

(d) Poſter. ad-
 dit. Tom. 8. 396

(e) Diſput. cui
 Tit. Gynecon-
 um doctum,
 Dom gelehrten
 Frauenzimmer.

(z) Witten. P. 12
 Diar. Biogr.
 Ao. 1684. da-
 te. Julii

(y) diſp. de Doctõ
 Theol. Arg. V.

quæ saluberrimam medendi artem callent, commoda ejus in membra societatis dimanare patiantur, feliciqve curatione multos mortalium obnoxios sibi devinctosqve reddant: Quæ Juris prudentiæ studium cum laude excoluerunt, amicis & clientibus salutaribus consiliis occurrant: Quæ sanioris Philosophiæ studio animum exornarunt suum aliis informando prodesse, poematibus ludere, linguis ac historiis delectare possunt. Ethicæ ac Politicæ quæ operam navarunt elegantius cum aliis conversari poterunt, sicuti Physicæ ac Oeconomica perita, optimas se exhibebunt Matres Familias. Ex quibus haud spernenda redundare potest in Socialitatem utilitas. Quod cum ita sit, injuriosum nimis & intempèstivum foret, eruditæ fœminas gradibus academicis, tanquam destinatis virtuti & eruditioni præmiis, defraudari.

§. VI.

Ut vero multa paucis comprehendamus, omnium eorum, quæ hætenus à nobis dicta sunt, faciem, ὡς ἐν Συνοψει, representabimus, ostendendo brevissimis, quales & quibus requisitis instructos esse oporteat, qui honores (μῆγιστον τῶν ἐπισημῶν ἀπολαύει ut Aristotelis verbis utar) Academicos adpetere rite & ambire gestiunt. Hinc itaqve dicimus, non modo affectare, sed etiam occupare licitè prædictos Academicos gradus quem libere requisitis supra memoratis instructum atqve ornatè eruditione nempe sufficienti, vitæ morumqve integritate, animo adpetendi congruo, cum medio acqvirendi licito conjuncto & à suspitione ambitionis alieno, nec non deniqve fine eorum graduum adæqvato. Quibus qui destituuntur, ut altiore Musarum sede indignos, ab earum virtutum præmiis merito excludi volumus.

§. VII.

Ex hisce igitur, quæ hætenus proposuimus, cognoscetur, qualis in posterum cum adversariis futurus nobis sit controversiæ status, ut adeo nihil, nisi principium, quo in futurum à nobis dicenda probaturi sumus, adjici opus videatur. Erit autem ipsum ipsa fundamentalis Juris naturæ Lex: *Quicquid socialitati convenit illud justum est ac licitum.* Ex quo consequitur, quo major

ex aliqua re socialitati utilitas potest oriri, eo minus eam esse cul-
 pandam. Idque eo lubentius tanquam principium ac fundamen-
 tum hypothesebus nostris subternimus, quo magis convicti sumus,
 ex eo omnia Juris Naturæ præcepta, Socialitatis negotia specta-
 tia, legitimam consequentia deduci posse, quemadmodum ipso o-^{a)} De Jur. Nat.
 pere demonstrarunt Puffendorffius (a) & Thomafius. (b) Qvan-^{& Gent. l. 11}
 quam vero haut diffiteamur, plurima ad versariorum tela, quibus^{c. 3. de Off.}
 ad destruendam graduum academicorum Moralitatem utuntur,^{Hom. & Civ.}
 ex sacro codice delumta esse: hæc tamen, prout præfatione^{l. 1. c. 3. & spe-}
 nostrâ indigitavimus, ab instituti nostri ratione aliena ad Ve-^{cim Controv.}
 nerandos Thologos remittimus, quos inter varii de Re literaria^{b) Instit. Juris}
 & Ecclesiâ optime meriti viri eadem non tam exceperunt, quam^{Prud. Div.}
 fortiter represserunt. Nobis igitur sufficiat, si exposito Juris na-^{l. 1. c. 1. v.}
 turæ principio sententiam nostram demonstrare argumentisq;
 ad versariorum satisfacere queamus, quandoquidem illud sacris
 elogiis nullibi contradicere præsupponatur.

CAP. II.

FANATICORUM SENTENTI- AM ET ARGUMENTA RECENSENS.

§. I.

Male nonnullis hominibus perversa ipsorum natu-
 ra consulit, quod res, quo præclariores existunt
 & Reipublicæ magis salutare, eo plerumque gra-
 vius persequantur, lacessant & cavillentur. Pa-
 les inter salutare res cum merito referantur gra-
 dus Academici, communem hujus periculi sortem pariter ex-
 periri coguntur, dum hominonum nonnullorum implaca-
 bili odio expositi, nescio quâ invidia ubique locorum finistris
 rumoribus traducuntur, adeo, ut vix ullus honoris titulus exi-
 stat, qui non aliqua vitiorum labe ab ipsis commaculetur. In
 hisce autem præ cæteris eminent, ferocia suâ insignes, mo-
 derni Fanatici, quî, ut Plinii verbis (a) utar, cum rem hanc

a) Lib. I.
 Epist. 8.

Reipublicæ perquam salutarem destruere aliter non possunt, jactationem ejus incessunt, arbitrati, haud parum Graduum Academicorum dignitati detrahi, si iisdem auctacter calumniando maculam aliquam inurere valeant. Hinc itaque illis prout insultant eorumque dignitatem non injuriose tantum omnium generis convitiis lacerare, sed etiam ex Academiis nostris proscribere penitus improbo labore allaborant. Primus eorum, ni fallor, famosissimus ille Fanaticus Thomas Muntzerus fuit, qui vixit seculo post Christum natum XVI. Hic fuit homo fanatico Spiritu eo abreptus, ut communionem rerum omnium, ad imitationem forte Reipublicæ Platonice, (b) introducendam & æqualitatem dignitatis inter mortales omnes: *Dass ein jeder so Gut sey als der ander*; consentaneam humanitati docere inceperit, prout plenissimo suo testimonio comprobatur Sleidanus. (c) Quem, ad errorem hunc viam quasi sternentem, deinde secuti mox sunt alii ejusdem farinae Affectus ipsius, quorum in numero celebris est Andreas ille Bodensteinus, à Patriâ Carolo Stadius cognominatus, quem coloribus suis ad vivum quasi depinxit Philippus Melancthon, dum virtutes ejus ita enarravit: *Homo ferus, sine ingenio, sine sensu communi, quem nullum unquam humanitatis officium, aut intelligere, aut facere animadvertimus*, uti videri potest apud Micrel. (d) Hic autem bonus Vir, è cuius manibus antea Beatus Lutherus Laurum Theologicam acceperat, cum, Lutero in arcè Wartenburgensi adhuc delitescente, Fanaticismo patrocinarî cœpisset, Anno 1522, in solemnî promotionis actu, quo Brabeutam agebat atque Johanni Westermanno & Godeschalco Grapio summos in Theologiâ honores impertiebat, in frequenti spectantium audientiumque corona dixisse fertur à Beato Lutero semetipsum hoc audivisse testato: (e) *scire scilicet, quod Doctores Theologia creare esset peccatum*. Mirabere hominem in Fanaticismum ita delapsum, ut, cum propterea potius dedisset, ad mandatum Electoris Wittebergæ Saxonieque ejectus, frater Andreas, quam Doctor, appellari maluerit, cum refert idem coævus & *contemporaneus* Beatus Lutherus. Plura de eodem

(b) Vid. Plato Lib. 5. de Rep. Conf. Lib. II. p. m. 426 & Sophista p. m. 63. Refutata sunt hæc ab Arist. Lib. 2. polit. Cap. 4. 5.

(c) Lib. 5. de Statu Relig. & Reipubl. s. 1.

(d) Lib. 5. Synag. Hist. Eccl. Sect. II. pag. m. 714.

(e) Comment. in Genes. Cap. XI. v. 4.

dem hac in re scire cupientes evolvere poterant Gerhardum, f) LL. de Min
(t) Frantziū, (g) Rudrauffium, (h) Cellarium, (i) Eccl. Sect. XI.
Jterum. (k) g) de Interpr.
Ser. Orac. 85.

§. V.

Utinam vero cum hoc homuncione dura hæc & nimis
rigida expirasset sententia, quæ gradus Academicos omnes illi-
citos ac legi & Naturæ & Politivæ Divinæ adversos diferte adeo
pronunciavit! Ast prouti verum est tritum illud quod circum-
fertur ore proverbium: *Pectora sæpe gravis mortalia detinet*, 25
error; ita nihil adeo dissolutum, incongruens adeo, aut absur-
dum quidquam dici, ac ne mente quidem concipi potest, quod
non defensores sui aut propugnatores acerrimos adeprum fu-
erit, vel adipsatur olim. Id quod etiam præsens lucē meridi-
anâ clarius demonstrat negotium. Decessit Jam seculo XVI.
recentiorum Fanaticorum ille Patriarcha Valentinus Weige-
lius, dignus, si Dñs placet! cuius tanquam præmaturam mortem
posterit omnes in sinu suo vel hodiernam defleant, præsertim
cum tam egregia scripta, quæ ab eo exarata (postmodum per
maximam Europæ partem, obstetricante Cantore quondam ejus
Weickerdo edita, innumeras adeo turbas excitarunt) plura con-
signare per obitum non licuerit. Vitæ & virtutum suarum
præconem, scilicet! nactus est condiscipulum quondam suum B.
Joh. Shelhammerum (a) Quantum autem homo ille odii & iræ, a)
cujus alioquin compos non erat, gradus nostros Academicos con-
ceperit, in quos sine discrimine ullo, sine ullo iudicio ferocissime
invectus est, testantur abunde sequentia, quæ de iis effutiit verba:
b) Wo er der ungläubige / sich aber auß Jurth der Straffe auß Scham b)
für der Welt enthielt des stehens des maßiggehens / des ruckens still. Domini-
und wolte nicht in die äußern Werke fallen / himt ihn Saton mir sich
auff die Zinnen des Tempels / daß ist / gibr ihm Begehren und lust ein wiep-
er doch möchte eine solche Handlung sich ruckmen / solche Dinge
lernen / da durch er könne zu großen Ehren kommen / großen Ruh und
Dafun erlangen / etwa durch eine seltsame unehörte Kunst /
oder durch viele Sprachen / daß er ein Meister der freyen Künsten
wörde / oder ein Doctor der Schrift von der Welt auffgeworffen.
Quibus conveniunt quæ de literatis, uti loquitur, Theolo-
B 3

g) Part. N.
Dom. 12. Fast
Trinit. p. 1. 2. 3.

gis adfert, (g) quando, posteaquam eos non capere posse ve-
rum S. Scripturæ sensum asseruisset, rationem ejus rei reddit, die
weil sie aber/ inquiring, in hoffart bleiben/ meiser jaraff/ in der s. r. r. f. e
suchen/ Doctorat annehmen/ so geben sie zugunß über sich/ das sie
nicht wissen/ wes Sohn Christus sey.

S. VI.

a) Cujus vi-
tam & fata
breuiter refert
V. Vitteuius in
Diar. Bio-
graph. Anno
1675. d. 29.
Octobr. p. 631.

Hæc successit dein estroenata ferociaz infensissimus gra-
duum Academicorum hostis, famosissimus ille Christianus
Hohburgius, (a) qui, sub Eliæ Prætorii nomine latere amans,
verecundiaz limites adeo excessit, ut honorem etiam Magi-
stratui debitum surripere non erubuerit. Flagravit homo
ille tanto in gradus nostros odio, quanto ante ipsum nullus un-
quam. Hinc etiam omnem, quam aut in dicendo facundiam,
aut scribendo facultatem habuit, in jugulum ipsorum, velut te-
lura aliquod intendit, quemadmodum ad oculum constat ex
libro ejus, qui inscribitur: Spiegel der Ditschbräuen beym heutigen
Predigtampft, in quo Verbi Divini Ministros, qui non idem cum ipso
cornu inflant, ita persequutus est, ut vix ullus existerit, qui non
aliqua vitiorum labe ab ipso lædatur. Cum autem Rev. Mini-
sterium Tripolitanum scandalosam hunc librum solide refu-
tasset, Apologiam ejus in lucem edere sustinuit, cujus iterum con-
futationem adornavit laudatum Ministerium. In hac au-
tem Apologia sua omnis modestiaz pudorisq; prorsus nescius
& ignarus improbis & petulantibus suis maledictis dignita-
tum Academicarum nomina irreverenter adeo lacescit, ut bo-
nus quilibet summâ hac lingua ejus intemperantia merito of-
fendatur. Verba ejus hæc sunt: Wann unjere heutige Prediger
allerheutis mit ihren vielfältigen predigen Ehre suchen und mit hohen
Magister und Doctoralichen Titeln nach Ehre streben/ so solget/ das
sie nicht glauben können/ sondern mit solchen christlichen Wesen/
dem Glaubendie Ehre verpotten/ und also ungläubische Heidenische
Ehret seyn. Et ne aliquid intactum relinqueret, quod æstimati-
oni eorum detrahere quidquam posset, refractis pudoris ac
reverentiaz claustris, in hanc verborum licentiam erumpit: Sa-
ge demnach das alle solche Ehren Nahmen/ als, Wohlgelehrter Ma-
gister

gister, Ehrwürdiger Hochgelahrter Herr Licentiat, Wohl-
würdigster / Groß Achtbahrer Herr Doctor, Sein Excellenz &
Narrenpoffen sind Poppennerec ist. Sic & Titulos istos non erub
cit traducere : mit Ehren-oder Narren-Nahmen. Imo & eosdem
ambientes varii generis convitiis & scommatibus insectatur.
Freylich, scriptat, wenn ein junger Kerl sich bruff heraus yugen kan/
seinen Cursum Philosophicum absolviret, bruff sauffen / di-
sputiren / discurren / subtilisiren / pro & contra, und seine Sache
bruff versterhet / und sein Gehirn mit solchen entitieren überfület hat /
O! so ist er der geschickligste / so wird ihm zum Zeugnis solcher Zu-
gend solch Ehren-Titel gegeben / Güt gebe er habe auch so viel
Nuzenben an sich / als er wolle / hat er nur Geld und kan sich bruff
halten / kan Er bald ein Herr Magister werden. Nec minus
in isdem honoratos Ecclesiae Ministros, quando eos coram
supremo Judice ita locuturos introducit, debachatur : Haben
wir uns nicht saur werden lassen mit unsem Studiren / nach vielem
Künsten unSprachen die Schrift zu fassen / zu erklären / zu illustriren /
damit wir den Teuffel dadurch ausreiben u. den guten Geist dadurch
den Leuten beybringen möchten. Ach Herr! Herr! siehe uns doch deswe-
gen ja / du weist es ja denn du hast es gehört / wie wir in unsern Le-
bens Tagen uns so blusauer werden lassen / mit unsern Studiren
auff niedrigen und hohen Schulen / wie wir die Heidnische Künste
und Sprachen / so eyfferig gefasset / darnach die Schrift glossir-
et und erkläret / so schöne Kunstreich / hochgelahrte Predigern dar-
aus gerhan / so einen schönen Methodum zu predigen gebraucht /
so schöne allegaten / nicht bey hundert / sondern bey taufernd in einer-
einigen Predigt gebraucht / und alles mit Schrift vornen / Schrift
mittem / Schrift hinten verzieren. Quibus denique addit: Der
Welt Geist mit seiner Gelahrtheit hat sie so verblendet / daß sie das
Gericht Gottes nicht sehe könen / daher werdē sie stolz und auffgeblasen.
Gehen demnach in ihren Pharisäischen folgen Ein / als von dem
Natur-Licht erleuchtet / und von dem Welt-Geist an und auffgeblasen
Geister dahin auff den breiten Welt-Weg werden oben an gesetzt su-
chen auch solches mit allem ihren Thun / Ehren / Schreiben / und wer-
den grosse Doctoren und Rabbinen / daß jederman siedavor
ehret / und der arme blinde einsältige Diann / den Huet vor ihnen im-
mer

(b) *Ibid*
225 224.

Mer in Händen hat. Quorsum denique spectant, quando dicit, *Ju-
dicem illam supremum ira eosdem allocurum*: (b) *Ist das recht
in meinen Mähmen große Ehren- Titel und Mähmen suchen?*

S. IV.

Nec cum hoc hominicionum genere penitus extinctum
est immane illud & implacabile in Gradus Academicos conce-
ptum odium, sed soporatum quasi in recentissimis, sic dictis
Quackeris, iterum recruduit, qui Majorum suorum vestigia
sinistro licet itinere præcesserunt, pressio tamen pede sequuntur,
eoque omnem curam & cogitationem suam convertunt, ut irri-
tum illorum finem sibi propositum inceptum obtineant. Quod
ut eo felicius succedat, cum Antecessoribus suis certant quasi,
ne officio vincantur aut studio excogitandi ea, quæ ad gradus
Academicos vel lacerandum vel profligandum profus con-
ducere possunt. Antesignanus ipsorum est Robertus
Barclajus, vir certè; quo Fanaticorum doctiorem ætas
nunquam tulit. Qui, cum esset subtilis, acer & di-
fertus, masculè adversam propugnavit sententiam inque
fociorum suorum causâ pro virili omnes artes suas protulit, Te-
statum id abunde inter alia Apologia ejus (a), ubi de suorum

(a) *Th. X. S. 33.* Ministerio scribens, quid de nostro esset habendum, nobis re-
statum id abunde inter alia Apologia ejus (a), ubi de suorum
N. 4. pag. 119.

lingvit judicandum. Verba ejus hæc sunt: *Ministerium S,
quos nos tuemur, Ministri, cum sint humiles, præcedentiam Spri-
ritatem non ambiunt nec salutationes in foro, nec primas cathe-
dras in Synagogis assediunt, nec primos recubitus in cænis, nec ab
hominibus Domini dici volunt. A quibus haud multum dissentit li-
bellus ille, qui inscribitur: Grün: und Uthrsachen worumb Sie
(Quackeri) die Ehre der Welt (intelligunt qui sunt extra su-
os cænis) Verleugnen; in quo inter alias & sequentem rationem
tradunt: *Quod abs hominibus Dominos ac Magistros appellari se
patiantur*; citante Bajero, (b) qui & alia plurima hisce haud*

(b) Collat; multum dissimilia in William Caron libro: *Den Matelyken On-
Doct. Quack. der soeker Voeldan & Steven Crisp. Triumph der Wahrheit über die
& Profess. Cap. Falschheit*; passim occurri testatur. Ex quibus omnibus soli meridi
XIX, th. 18.
ano clarius patet, cum gradus Academici honorè & præcellen-
ti in

tiam comitem habeant, istos itaque Quakerorum iudiciis aut removeri penitus, aut ad minimum improbari & reprehendi.

S. V.

Intra isthæc depressionis & contemptus commenta substitute runthactenus recensiti, novissimo vero hoc tempore existere cœpit, qui veterem illam contra gradus academicos cantilenam iterare sustinuit. Est is Gothofridus Arnoldus, qui quam benigne de iisdem sentiat non uno in loco in scriptis suis prodit. (a) Hic etenim, postquam (b) enarrasset, quomodo curante Irnerio, sive, ut aliis dicitur, Wernero Jus Justinianæum in Publicum protrahi & Posteris prodi cœperit, ut ad scopum sibi præfixum eo commodius grassari posset, ansam inde arripit gradus Academicos sugillandi, quos eâ occasione introductos fuisse contendit. Verba ejus, quibus in

a) V. præcipue
Kirchen- u. Scher
Historie.

b) V. L. XII, c. II,
S. 16.

c) l. c.

iporum dignitatem & ritus libere adeo invehitur, hæc sunt: (c) Dieses wahr zum wenigsten sehr bedenklich das Irnerius seine Schule durch des Kaisers Befehl allein vor gültig erkähren ließ / und er also das Monopolium suchte Geld und Ehr allein davon zu haben. Zu diesen Scriben nahmen noch andere / da man den Doctor-Titul auff solchen hohen Schulen erdachte und über dieses Werner die närrischen Ceremonien dazu schrey das die Doctores sonderliche Hüte / Ringe / Röcke / u. s. f. anziehen müßten in welcher Ehorheit ihnen hernach die Theologi und Medici nachgedisset haben; & paulo post: Schande istts aber und Sünde / das diese wichtige Sünden des Anti-Christenthumbs noch unter denen / die sich der Reformation rühmen / durchgehends fest als grosse Heiligthümer bey behalten / und auff Universitäten / noch öffentlich gebraucht werden. Aber was thuet diese Deuchlerische Weisheit umbs Geld? Idem quoq; alio loco singulare illud adversus Gradus odium prodidit, dum nec ipsas Academicas, bonarum artium officinas, quas indigne plane convitiis suis proscindit, in suâ relinquit veneratione, hunc in modum loqvutus: (d) Weil der Anti-Christlichen Clerisey die Universitäten allezeit grossen Vorschub zu ausfüh-

d) L. XIV, c. II,
S. 6.

C

rung

rung ihrer Anschläge gethan haben/ so siehet man/ wie diesmal
 auch ein hauffen über die vortigen noch gestiftet worden/ als darna-
 ren die zu Anjou und Orleans in Frankreich/ die zu Pisa und Fer-
 rara in Italien/ die zu Pragel Heydelberg und Eöfßn in Teutsch-
 land und endlich die zu Crakow in Pohlen/ auff diesen und denen
 vortigen gieng nunmehr der Kauffhandel mit den Doctor- und
 Magister-Würden häufig fort/ und schämten sich diejenigen/ so
 sich Theologos nenneten/ nicht in allen diesen Zandenen an-
 dern gleich zu werden. Quid multis? Carolstadii, Weigelii,
 Hobburgii, aliorumque Fanaticorum. in hoc negotio haud
 subobscura videretur approbare deliria ipse cum illis delirans.

§. VI.

Exagitarunt etiam, præter hæcenus recensitos,
 gradus nostros alii p̄sorum Olores: quos inter
 Zwinglius & Gualthesus primas quasi partes sibi vendi-
 cant teste B. Gerhardo. (a) Nescio an cum his fecerit
 Boxhörniius, prout videretur Itero: (b) Cui quamvis proba-
 tionibus minus convictus suspicionibus tamen ad mini-
 mum implicitus ille iudicatur, eo, quod collationem ho-
 rum Graduum vocarit c) *morem forte non malum.* Inde
 hoc de ipso iudicium fert: *Si non improbat prorsus hunc*
morem, non tamen adeo magnifice, sed langvide satis de eodem
cum sentire cæcus sit oportet, qui non videt. Horum vero
 ut & reliquorum circa dignitatum Academicarum colla-
 tionem placitis & commentis diutius immorari haud
 quaquam operæ pretium ducimus, quibus contra Fanati-
 cos præsertim agere constitutum est. In dictis vero
 hæcenus aduerlariis id potissimum animadvertendum esse
 existimamus, quod quamvis ex iis (quorum prolixum satis
 eatalogum conteximus) plerique de Gradibus Academicis
 Ecclesiæ Ministris collatis expresse loquantur, eodem ta-
 men animo erga cæteros Academicos honores & reliqua-
 rum FCratum gradus eosdem affectos esse. Imo omnes dig-
 nitates omnem honorem ex genere humano exulare
 penitus illos optare.

§. VII.

Nunc demum restare videretur argumenta eorum & ra-
 tiones

- a) LL. Theol.
 de Minist. Ec-
 clesiastico III.
 sect. XI.
 b) Diatrib. de
 Gradibus Aca-
 demicis Cap.
 II §. 7.
 c) Hist. uni-
 vers. pag. 887.

tiones, quibus pederentim magis magisque homines hi ab
 iniquiori Graduum nostrorum censura ad eorundem con-
 temptum, à contentu ad accusationem, ab accusatione ad
 totalem eorundem quæsitam abrogationem processerunt,
 paucis expendamus, ut eo acriore intentione quilibet de
 falsitate sententiæ eorum judicare possit. Ut vero eo
 facilis moralitatem Graduum nostrorum oppugnare &
 fundamentum ejusdem convellere valeat conjurata ista co-
 hors, expanso clamitat rictu, indignum esse homine Christi-
 ano & illicitum ambire & conferre Academicos honores,
 cum præter inanem animi elationem & turpissimum super-
 biae vitium nihil utilitatis spirent, ad quod magnam eosdem
 fenestram aperire contendit. Ita Personatus ille Prætori-
 us tantum abesse asserit (a) per eos Studiosos ad virtutum ^(a) Apol. Cap
 exercitia & debitam in studiis diligentiam excitari, das sie⁹ pag. 360.
 vielmehr die jungen Leute zum Stolz, zur Uppigkeit und Eitelkeit
 veranlassen / und ein Zunder sind der angebohrnen Hochmuth.
 Idem etiam argumentum urget Arnoldus: (b) Gemeinlich ^(b) Rethemund
 läßt sich anmercken / daß diese Dinge die meisten hoffärtiger und ^(b) Reger Histor.
 niedersicher gemacht / daraus offters Zant / Præcedenz-Streite ^(b) L. XVI. Cap. X
 und andere Vergewissen erfolget. Exemplis hoc probare an- ^(b) s. 16.
 nititur equibus sequens hæc conceptum verbis adducit:
 Wie jener (c) dieses würdig geachtet / seiner Chronike ein zuver- ^(c) Schmid Jbid
 lassen / daß zu Zwitau ein Archi-Diaconus einem Pastori die ^(c) Chron P. I. p. 371
 Oberstelle aus der Ursachen disputirlich gemacht / weil jener
 nicht Magister wäre / darüber sie bis in den Todt mit einander
 gesant / und gezürnet hätten.

§. VIII.

Alterum argumentum, quo ad stabiliendam suam sen-
 tentiam Adversarii nostri utuntur, depromptum esse depre-
 hendimus ab ipsorum, ceu credunt, uti & intentionis ambi-
 entium eos & conferentium vanitate. Quod etiam frigi-
 dum schemata sententiæ suæ obvelavit sæpius citatus Præto-
 rius (a) verbis seqq: Wie sie mehr ihre eigene Lucifers Ehre ^(a) Spiegel
 suchen / als ihres Heylandes Jesu Christi Ehre / siehe man dan- ^(a) Cap. XI. pag
 nenhero stätlich / das sie solche hohe Ehren Thwln / als Magister, ^(a) 216.
 Licentiat, Doctor &c. an sich nehmen / auch officermahls in
 ihren

ihren hohen Altar/ nur damit sie desto besser besorget werden/ eine
feistere präbenden überkommen/ auch destomehr respects und
auctorität erlangen. Quibus admodum consona sunt illa

b) Kirchen Hist. Arnoldi: (b) Gleicher Befehl hat man in eben solchem Abscheu/
L. X. VI. cap. X. (damit/ uti paulo ante dixerat, nemlich denen Academiſchen
Stochnarren ihr accidens nicht entginge) wiewohl unter an-
dern Vorwandt/ die promotiones behalten/ wie sie von dem
Anti-Christ nach den obigen Bericht erdacht worden. Quorundam
etiam spectant, quæ de illis abusibus, qui juxta ipsum præ-
nominatis gradibus indivulso quasi nexu adherent, hunc in
modu loquitur: (c) Insonderheit giengte nun mit dem Magister
machen viel unrechtes Wesen vor/ welches sich nicht verantwor-
ten laßt. Man hatte aus den Pabsthum den Gewissens Zwang
und die Menschen auctorität mitgebracht/ und mußten die Candi-
danti in verba Magistri, auff die Meinungen der Professorum
allerdings schwören. Item die andern Ceremonien mögen nach-
mahls mehr einer Comœdie als einem klugen a Tui ähnlicher ge-
wesen seyn/ deswegen man in denen Statuten ausdrücklich ver-
ordnen müssen/ daß man doch bey den Promotionibus eine
Gravität in acht nehmen solte/ weil es kein liebedlich Spiel duff-
te seyn. (d) So hat es auch nie an schmausen und excessen
dabey gemangelt/ worauff mancher mehr mag gedacht haben/
als auff das/ was sonst mit Worten nach Gewohnheit zum
Schein hergeredet worden.

S. 15.

c) . C. 3. 16.

d) Tom. I.
Script. Wittreb.
App.

S. IX.
Porro, ut aliquo obtentu veri speciem assertioni
sue conciliant Adversarii, argumentantur ab introductionis
graduum ortu, quem Papatui unice adscribunt, quodque
tam certum quam certissimum pronunciat idem Prætorius,
cujus hæc leguntur verba: (a) Es wundert mich über die massen
sehr/ warum man solch Narrenwerck und Poppenwerck/ als
mandas Pabsthum abgethan/ nicht auch zugleich mit ausse-
munster hat/ weil es mir und durch/ und aus demselben seinen
Ursprung hat. Cui iterum suffragatur, pro more suo, Arnoldus,
qui evidentissimis probationibus ostendere annititur hoc
de gradibus maxime Theologicis verissime pronunciar.
Postquam

a) Apol. cap.
IX, pag. 338.

Postquam enim natales eorum enarrasset verbis s. s. citatis, sequentia subnectit: (b) Dieses alles that die Clerisey sehr in die Augen/weil die Lähren etwas besonders haben wolten/ und weit viel in dem Jure Civili fund/das wieder ihre Vortheile lieff/ deswegen kamen sie mit ihren Jure Canonico auch auf Theatru und der Pabst ließ es auch in die Schulen einführen/machte auch Doctores Juris Canonici, oder/wie man sie gemeinlich hieß/ Magistros oder Meister/die die Drecketen der armen Jugend vor lesen und einblauen musten/diesen gab er zum Zeichen gewisse Stäbe in die Hände/ daher die Bacillarii oder Bachillarii wohl ihren Nahmen haben/ oder auch von Baccis Laureis und s. f. da von ich die Criticos und andere streiten lasse/ die darinnen eine Ehre suchen. Und diese Leute machte nun der Pabst zu seine Slaven/ in dem er einen Eid von ihnen nam/ nichts zu schreih/ oder vorzunehmen/ als was sein Interesse währe/ welchen Greuel Lutherus sehr deutlich angemerket hat.

S. X.

Ad aliàs quoq; quæ restant, oppositas rationes nos convertimus, quamquam putida pleraque sint & minoris ponderis, adeoque ad convellendum nostrum pro moralitate Graduum Academicorum argumentum parum sufficientes. Ad quas merito refertur maxima illa fundamenti infirmitas, quæ sumptibus in academicos gradus male, pro ipsorum opinione, collatis ac indigenti proximo denegatis, unice innititur. De quibus Prætorius (a) ita: Auch das a) Apol. cap. guere Geld/ so auß solchen Narrenwerck spendiret wird/ wird IX. p. 358. den armen Nothleidenden entzogen. Cui sententiæ etiam subscribere videtur Arnoldus (b) verbis sequentibus: Zum wenigste hat mans zu Wittenberg vor nöthig geachtet in die Annales zu setzen/ daß Chur Fürst Johann Friederich A. 1533, einem Doctorat beygewöhnet / und ein ganz Königlich prandium dabey gegeben/ auch 12. bis 20. Tische von der Universität gesperret/ (c) dergleichen wohl niemahls denen armen dürfftigen verschmachenden geschæhen. Ita Arnoldus ille (d) collatio. Witeb. ad h. nem graduum Academicorum indistinctè vocat einen Kaufhandel mit den Doctor- und Magister-Weihen.

c) Gothofr. Svevus Acad. Witeb. ad h. ann. Hist. L. XIV. c. 11. §. 6.

§. XI.

Pari etiam passu cum prioribus ambulānt quæ de Candidatorum numero jactitant adversæ parti adherentes, unde sperant depromi posse aliquid, quod dignitatum Academicarum collationi opprobrio verti queat Quo in etiam occupatum fuisse Arnoldum sequentia ejus verba clarissime indigitant. Mit der Anzahl, inquit, (a) derer Candidaten hat sich nach und nach überaus geändert; Zum Exempel da zu Wittenberg noch zu Lutheri Zeiten A. 1544. auff einmahl drey Magistri creiret wurden/hat man hernach A. 1551. schon ihrer 40. und A. 1602. über ein Schock nemlich 62. auff einmahl fertig gemacht/also daß die Anzahl derer daselbst promovirten Magistrorum von 1508. bis auff's Jahr 1615. sich auff 7467. erstrecket/welche von dar in die Welt geschicket worden.

a) Histor. L. XVI, c. 10, §. 16.

§. XII.

Deniq; ut primis extrema congruant, & singula pro more suo, acri magnoq; judicio expendant Antagonistæ nostri, ingenio suo altius assurgunt & DEO ipsi innani ejus modi honorum erogatione injuriam fieri, nescio quo pietatis schemate, serio contendunt. Quem enim honorem huic soli relinquere & conferri æquius esset, juxta consuetam hanc loquendi formulam: SOLI DEO GLORIA; hunc, refractis pudoris & reverentiæ claustris, miseris mortalibus haberi assidue conqueruntur. Unde etiam haud leviter peccare existimant, qui gradus academicos affectant, indeque honorem & dignitatem capiunt. Hinc Prætorius (a) ad verba Salvatoris Joh. V. 44. pro sua sententia confirmandâ contra datam à B. D. Mullero instantiam, quod hoc pacto nec Parentibus Liberos, nec Magistratui subditos honorem præstare oporteat; hunc in modum insurgit: Wie wann ich denn sagte/ das ist wahr/dann ist das alte Sprichwort wahr / Soli DEO Gloria, **ODER** NB. allein (NB. was ist allein ?) die Ehre; so muß die Ehre allein in **ODER** kommen: Ob nun zwar junge Leute/ Kinder/ Gefinde/ Unterthanen Ehre müssen anhin ihrigen/ davon kein Streif/ so müssen

a) Apol. c. IX. p. 166. 367.

sen doch die / denen diese Ehre angethan wird / solche von sich
 abe/ auff Gott / der sie in den Zustand gesetzt hat / wollen sie
 anders Christen seyn / wunden / den und deme sie geben / der allein
 solcher Ehr n würdig ist. — Das conferire man nun mit
 den Ehren- Titula, Wohlgelehrter Herr Magister, Wohl-
 Ehrwürdiger / Hochgelehrter Herr Licentiat SS. Theologiae,
 Hoch- Ehrwürdiger / Groß- Archibab und Hochgelehrter Herr
 Doctor, Euer Excellenz und Magnificenz &c.

§. XIII.

Nec desunt forte adversa parti alia, præter adductas,
 rationes, quæ nobis magis refragari videntur, utpote ex
 ipso Jure Nat. (ad cujus normam controversiam hanc unice
 tractare nobis propositum est) adductæ. Deprehendi-
 mus scilicet cuilibet mortalium naturam, communem omni-
 um Matrem, tenerimum sui amorem & delicatam æstima-
 tionem ingenerasse, cui si quidpiam quis detractum eat,
 non minus, imo nonnunquam magis commoveatur ac si cor-
 pori noxam aut rebus intulerit; Unde etiam constat, ex
 hoc hominum genio & illud necessario sequi, quod qui-
 libet alterum ut naturaliter sibi æqualem, seu æque homi-
 nem æstimet tractetque adeoque inter omnes naturalem
 quandam agnoscendam esse æqualitatem. Quam etiam im-
 motis plane argumentis propugnavit Illustris Puffend. (a) LIII. de J. N. &
 cum illo Dn. D. Thomafius. (b) Quod si vero natura
 ipsa homines omnes æquales esse voluit, quorum itaque
 tot tamque diversi dignitatum academicarum gradus? An-
 non æqualitatem istam subvertunt tolluntq;?

a) L. 1. de Off.
 H. & C. c. VII.
 LIII. de J. N. &
 G. c. 2.
 b) Jaltie. Jpr.
 div. L. II. c. 3.

§. XIV.

Postremo, ne à parte Adversariorum nostrorum
 quidquam desiderari videatur, quod ad criminandum vel
 destruendum penitus nostram pro moralitate Graduum
 academicorum sententiam pronum sit, in subsidium sibi
 vocant varia, licet male interpretando depravata, Sacrae
 Scripturae dicta, quæ sunt Matth. XXIII. 8. 10. Ἰμεῖς ὅ
 μὴ κληθεῖτε ραββί, εἰς γὰρ πῦν μόνον ὁ κληθῆναι ἔστι, οὐκ
 ἔστι πῦν.

πάντες ἢ ὑμεῖς ἀδελφοί ἐστε. Μηδὲ κληθῆτε καθήρηται, εἰς
ταῖς ὑμῶν ἐστὶν ὁ καθήρητης ὁ χρεῖστος. Quo dicto abusus

(a) Vid. B. Se-
ckendorff,
Histor. Luther.
Sect. 49. Lib. 1.
(b) Sykkel
Cap. II. pag.
21. & Apol.
pag. 366.
(c) Conc. 90m
wahren Propheten
Dom. Lætar.
A. 699, P. 48.

memoratus supra Carolstadius est. (a) Prætorius (b) vero
urget dictum istud salvatoris Joh. V. 44. πῶς δύνασθε
ὑμῖς πιστεῖσαι, δόξαν ἑξῆς ἀλλήλων λαμβάνοντες, ad
quæ verba Dn. M. A. H. Franckius, (c) ita commentatus
est: Was könnte etlicher seyn / als daß Christus hie saget: So
lange einer noch Ehre von der Welt suchet / so lange könne er an
ihn nicht glauben / und werde seiner nicht theilhaftig. Pro-
culdubio huc respiciunt, qui, cum pro officii sui ratione
gradum aliquem capessere deberent, studio tamen & præ-
terito vanitatum neglectu eundem respuunt,

CAP. III. SENTENTIAM VERAM PRO- PONENS, PROBANS ET DEFENDENS.

§. I.

EXposuimus hactenus varia adversariorum schemata, quæ
falsæ suæ de moralitate graduum Academicorum senten-
tiæ obvelant, quæ præsentî capite ipsi pro virili detrahere
conabimur. Et id quæ commodissime fieri posse arbitrati sumus,
si in utraqve parte calculos nostros ponentes, id tantum
eligamus in quo vicerit ratio. Cumque veritatis fidem in-
vestigare sit unicus noster labor, nemo vitio nobis dare po-
terit, spero, si dubia, quæ Adversarii contra moverant, meli-
oribus rationibus adjuti removerimus. His enim solutis,
demonstrationes nostræ facilius, eredo, à quolibet admitten-
tur. Ut autem clarescat, quis nostrum tulerit punctum, ple-
nius aliquanto, nos explicabimus, quodque supra Cap. I.
dictum est, majoris evidentia gratiâ hic repetemus; con-
troversiam nempe nobis non futuram de quibuslibet, qua-
cunque ratione vel quæsitis vel collatis academicis honori-
bus. Hæc enim, ut à dissertationis nostræ scopo alienior, di-
vertim facit ab iis, quæ circa rite formatum controversiæ sta-
tum

tum supra §. VI. Cap. I. annotavimus: Juxta quæ non nisi benemeritis & dignis honores Academici conferri debent. Tales autem sunt, qui sufficientibus virtutum & eruditionis requisitis instructi eisdem legitime ambiunt & obtinent. Merendum alioquin est, ne ipsa etiam gradus conferentium existimatio insigniter locedatur, *Sic tam miserabiles, impros, Lansii* (a) verba sunt, & *inanes erent Baccalaureos, Magistros, Licentiatos, Doctores, ut bonus Pater familias vix contempserit ex. r. t. Graduatos tales, quanto istitulos emervunt.* Quod si contra injustos ac illegitimos modos durius hic à nobis pronunciatum existimaveris, scias veritatem nos amare, quæ, juxta illud Ciceronis, (b) *Etiam si jucunda non est, nobis tamen grata est,* nec ætati cuiquam repugnat, adeoque hominem etiam juvenem decet.

(a) Dispart de
Academ: Lit N
P; m; 90

b) Ad Aetium
lib. 3, Epist; 24,

§. II.

Ad opposita vero Adversariorum argumenta dum nos convertimus, in iis enervandis ordinem paulisper immutare & *ἵνα ἑνὸς πρὸς ἄλλο* facere haut incongruum nobis viderur. Quod itaque primo illa scripturæ dicta attinet, quibus sententiam suam sublevare satagunt Antagonistæ nostri, (a) ea, fateor, in alienum sensum facile trahi poterant, nisi commoda interpretatione ipsa jam dudum juvassent magni & doctissimi Viri, qui in iisdem rite exponendis operam haud exiguam collocarunt; Quorum adprobata industriâ & summâ pietate nos quoque moti, huic labori optime nos supercedere posse arbitramur, præsertim cum à Vitiō *μὴ ἁπάσας εἰς ἀλλο γίνεσθαι* cavendum nobis omnino sit. Ne tamen officio nostro prorsus defuisse videamur, si animum B. Lectoris de veritate adversæ partis fluctuantem & incertam reliquerimus, remittimus eundem ad solidissima Orthodoxorum de hac materiâ exstantia scripta, quæ inter quantum ad priorem locum Matth. XXIII v. 8. io. legi meretur, quæ sub præsidio B. D. Valent. Alberti habita est disputatio (b) Quod alterum spectat locum Joh. V. v. 24. eum jam ab ineptis Adversariorum interpretationibus liberavit, adeo ut nihil desiderari possit, Ministerium Tripolitanum (c)

a] Cap. II.
§. XIV.

b) Zipl. A. 1697
cal. Jul. de Ho-
noribus Aca-
demicis occa-
sione dicitur
XXII. v. 8; 9; 10.
c) Warnung für
Præf; Episcop.

D

- De exceptione autem Prætoriana alius nobis erit oportu-
 nior dicendi locus. Solidissime omnium materiam hanc
 d) loco citato vindicavit (cepius nobis laudatus B. D. Gerhardus (d) Ad-
 datur Christoph. Pezelius in argumentis & responsioni-
 e) Pt. VII. p. m. bus Theologicis ex Ph. Melanchti scriptis contextus. (e)
 265.

§. III.

Secundum argumentum ex agnoscenda illâ in hu-
 mano genere naturali omnium æqualitate deducitur. (a)
 Urgebat eam Carolstadius, quem vero mentem suam mæ-
 talle nonnulli volunt secum apud Iterum (b) videre est. Alit
 b) C. Cap. III, quam invalidum hoc sit, si in nervum contrahatur, pri-
 mo statim intuitu quilibet facile videt, qui naturalis istius
 5, 7. Edit. novâ æqualitatis naturam sibi lat cognitam habet. Non refraga-
 mur quidem Adversariis Gradus Academicos in se specta-
 tos directe juris naturæ non esse, hoc tamen non obstantè,
 postquam invaluit honesta ipsorum conversio, Juri nati-
 eosdè repugnare, nullo idoneo argumento probari pot-
 est, quin reductivè ad ipsū pertineant. Id quod vel ipso me-
 ridiano sole clarius inde transpareat, si quidem agnoscenda
 illa naturalis inter homines æqualitas non tollat, quod in-
 ter Magistratum & subditos, Dominum & servum, patrem
 & filium intercedit discriminis, adeoq; nec honores &
 dignitates academicas, quæ inter Eruditos relationem
 hanc inferunt, & rebus humanis exulare jubeat. Quæ certe
 ratio, cum assensum facile impetret sanioribus ab omni-
 bus, vitio merito vertitur adversariis nostris, quod ad sta-
 biliendam Sententiam suam, hoc de naturali æqualitate
 præcepto abutantur, & in sensum detorqueant, in quærit
 plane non est conceptum. De quo ut eo certiores redda-
 mur, tenendum est, id saltem eo tendere, ut quisq; alte-
 rum hominem æstimet tanquam naturaliter sibi æqualem
 hoc est ut æq; hominem. Undè etiam efficacissimum ar-
 gumentum, quo aliorum insolens insultatio retunditur
 isthoc habetur: Ich bin kein Hund; Ich bin so wohl ein
 Mensch als du. Quorsum etiam spectat regula: Quod
 quisq; juris in alterum statuit ut ipse eodem jure utatur Quo-
 cum pulcre convenit monitum: Quod tibi non vis fieri al-
 terti ne feceris. Quorum meliori intelligentiæ egregium
 lumen

lumen affundere videtur Celeb. D. D. Thomafius, a) dum circa expositionem præcepti hujus de custodienda naturali hominum æqualitate occupatus, in quatuor Specialia præcepta illud resolvit: duo negativa, quorum alterum exaltationem sui ipsius, sive superbiam, quæ quis sibi plus tribuit quam alteri; Alterum depressionem, per quam alteri minus tribuit; prohibet removerq;. Et duo affirmativa, quorum unum est, ut alteri æqualia exhibeam citra pactum, quod fit per officia humanitatis; Alterum ut alteri æqualia præstem post pactum, quod fit servando promissa; insinuat. Conferatur ad hæc Dns Pufendorfius (b) Ex quibus omnium clarissime patet, nemine quidem ullo modo comprehend. posse, quomodo juxta hoc Juris Nat. præceptum destruat. gradum nostrorum dignitas.

a) lib. II. Juris
prud. Div. Cap.
II. §. 2. §. seqq.

b) De Jur. N.
& Gen. Lib. III.
cap. II. Item de
officio. Hom. &
Civis lib. I.
Cap. VII.

§. IV.

Tertium argumentum quod ex communi illâ formula: SOLI DEO GLORIA, fidem immotam trahere existimant secus sentientes, revera sententiam ipsorum nihil juvat. Quod ut clarius demonstremus, præmittenda est distinctio inter honorem ultimum, qui soli Deo refertur, ut in eo terminetur, & honorem honori Divino subordinatum, qualis Parentibus, Magistratui & aliis ex peculiari instituto conferri debet. Quæ præsuppositâ, dicimus tantum abesse honorem DEI honori hominum refragari, ut eundem potius præcepto includat. Honor enim qui in DEUM recundat (a) triplex est: (1) Mentalis, cum veram de Deo sententiam fovemus; (2) Oralis, quando in laudes DEI linguam nostram resolvimus; & (3) Realis, quando mandato ipsius obsequimur. Ad hanc verò ultimam honoris speciem subordinatum à Deo honorem referri quis dubitat? eundem siquidem non solum in variis scripturæ S. locis seriò inculcat divina sapientia, sed ipse etiam juris Naturæ dictamen. Constat certe voluntati superiorum obtemperandum esse & cuiunque bonæ ordinationi. Quid ni ergo gradu quodam Academico, tanquam aliquo honoris indicio nactare meritos licet? quod ordo requirit societatis, non refragante S. Codice Rom. XIII. v. 7. Et ut multa paucis dicam, so-

a) De quâ distinctione vid.
Celeb. D.
Fechrius Col.
leg. Fundam.
tali Loco de
Religione §. I.

li. Deo tribuitur ultimus honor, utpote in quem reli-
quus omnis creaturis exhibitus redundat, ut ab eo exclu-
dantur creatura, quibus interim subordinatus honor ha-
beri omnino potest, imo nonnunquam ex lege vel divinâ,
vel humana debet. Taceo universis virtutum amantibus
eundem ab omnibus deberi.

§ V.

(*) §. XI.

Accedit jam quartum argumentum ex numero Candi-
datorum desumptum, (a) quod tanto magis o iudicio ponderis
est, ut vel dum narratur refutetur. Quæ enim, quæ sol hæc
est consequentia: multi gradus Academicos ambiunt,
Ergo gradus Academici sunt culpandi. Si hoc argumen-
tum rite procedit, quid prohibet hanc consequentiam:
Eruditionem affectant multi, ergo eruditio mala est & ho-
mine Christiano indigna? Sed verò abusum videtur Ar-
noldus damnare velle, quem tamen seniorum nemo adpro-
baverit. Si tanto in numero nulli sunt gradu collato indi-
gni, quid gradibus inde decedit? Est vero indignos
gradum adeptos, an ideo gradus illi illiciti sunt pronun-
candi? Sane æque injustum hoc esset, ac si quis ideo
Magistrorum privilegium detrahi putet, quod majori in nu-
mero, quam aliarum facultatum Doctores creantur, cum
tamen fieri experientia doceat, ex illorum numero non
paucos propter virtutem & eruditionem, eorum non pau-
cioribus præferendos esse.

§. VI.

*) §. x. Cap II.

Ad quintum probationis robur, quod de sumptibus
in gradus Academicos male, ut dicitur, erogatis, nobis
opponitur, (æ) respondemus, vix credibile esse, eosdem
moralitati graduum aliquid detrudere. Non enim emun-
tur & venduntur, ut falso prætendunt præpostere de iis-
dem sentientes. Sed quemadmodum in collatione alia-
rum dignitatum, qui ad eos sunt eveci, suffragatoribus &
promotoribus suis munera aliqua solent largiri, ita in no-
stris quoque gradibus usum receptum est, ut red hostimenti
loco certum aliquod honorarium pro beneficio accepto
Examinatoribus rependatur. Quod fuit iure ipsis deberi
eo minus veremur adserere, quo fortius assertum nostrum
ad-

adstringitur consideratione firmissimi illius principii: *Officium nemini debet esse damnosum*. Et quidem hoc juris & æquitatis rationibus congruere, ne dubium quidem est, illud tamen monendum concedimus, ne iusto quis majori prematur honorarii onere, aut si fortuna nimis tenuis consueti honorario solvendo non sit, cetera dignus ob hanc solam causam spe promotionis excidat. Non adprobabit quilibet cordatus immodicos luxui, comestationibus ac pompæ immoderate impendendos sumtus, nec improbabit vicissim, quæ decoris, recreationis honestæ & testandi erga benefactores gratianimi ergo impenditur, mediocrem pecuniæ summam. Laudabilia sunt hæc de re statuta Academiæ Gieslenis terminos expensarum constituenta (b) Quemadmodum & Serenissimus Holsatiæ Princeps in Academia Kiloniensi, quo sumptus promotionum, quantum fieri poterit, in compendium contrahantur, haud pridem laudatissime disposuit atque iussit. Quod idem etiam nuperrime factum in Academia Gryphiswaldensi, iussu invictissimi Svecorum Herois, Caroli XII. Domini mei longè Clementissimi. Sed audio alia mihi ab adversariis dubia moveri. Sumtus illos indigentibus proximo denegari, cui potius tribuendi fuissent. Sed vana sunt hæc & levissima sententiæ præsidia. Etenim tantum abest, ut hic neglectus asseri queat, ut contrarium doceat omni teste major experientia, quod in actibus ejusmodi pro ratâ conditione & promotionis magnitudine etiam Pauperum cura habeatur & ipsis aliquid detur, quo inopiam suam sublevare possunt. Et si de magnificentioribus loquuntur adversarii sumptibus, nondum tamen obtinent quod volunt. Judicent enim qui judicandi aliquam facultatem pollent, quo jure, quaque ratione hoc intuitu moralitas graduum nostrorum laudari possit, cum in confesso sit omnibus, ab usum quemlibet hanc non habere vim, ut tollat etiam verum & laudabilem alicujus rei usum.

§. VII.

Sextum, quod pro contrariæ sententiæ Patronis ex graduum ortu allegatur, argumentum tale est, ut si oculo affectibus non occupato inspicatur, animum tantum

D 3

arguat

(b) Vid. ltr. de
Gr. Acad. Appo!

e) V. c. II, §. IX.

b) Lib. II, de
Repub. Cap. 34.

c) Jur. publ. l. c.
d) Introd. in
jus publ. Part.
Spec. Sect. I.
Cap. VI, §. 11.

guat livore & odio totum oppletum, qui tamen à sinceris Vitiis animadversoribus procul abesse debebat. Quomodo enim, quæso, ipsi gradibus præiudicio esse poterit, quod natales eorum, ut ajunt Adversarii, (a) ad Papatum referantur? Non omne siquidem ex Papatu est de Papatu, cujus mores, si salutare sint, non erubescimus imitari. Profecto nullam animadverso causam, quam obrem hoc magis moralitati graduum adversatur, quam Monarchiæ, quod, si vera est sententia Bodini, (b) violenter constituta & à Nimrodo primum introducta fuerit. Quod sane nullam infert rationem, ob quam hæc Reipublicæ forma ut mala proferenda sit, cum ob singulares, quas continet, commoditates magno Politicorū consensu, cæteris paribus, optima habeatur. Idem de honoribus nostris academicis judicandum esse arbitramur. Laudabili siquidem conatu & instituto à majoribus sint introducti. Id quod satis superque evincunt rationes, quæ ad introducendos ipsos eosdem commoverunt, quæ non fuerunt aliæ, quam ut honoribus istis velut præmiis incitati, ad ejusmodi studia contenderent homines, unde non minima Reipublicæ salus sperari poterat; tum etiam, ut, quos quisque in studiis fecisset progressus, his tanquam certis quibusdam & indubitatis notis fieret testatum, hocque medio diligentes à negligentibus, doctos ab indoctis secerneret, cuiusque adeo operæ in obeundis publicis muneribus commode uti posset nec ne, qui hæc dispensandi in Republica hæbet potestatem, constaret. Et quomodo denique unquam probabunt adversarii, papatui ortum suum Gradus Academicos debere? Quemadmodum vero varias offendimus relationes, quando & ubi cœperint hi gradus, ut adeo expeditum hoc negotium non sit, ita neque nostrum propositum requirit, qui intalia inquiramus. Videat interim cui placuerit Linnæam (c) & Schwederum (d) & alios. Ita à Juris publici scriptoribus ad nauticam sere ostentam est in Imperio Romano Imperatorem omnium dignitatum fontem esse, quod in Regnis Imperio non subiectis,

subjectis, de eorum Regibz & s similem in modum obser-
vandum est:

§. VIII.

Consideranda jam nobis veniunt objectiones §. IX. adductæ, quibus solemnia promotionum Academicarum tanquam vana & ludicra insectantur & reformare satagunt adversarii nostri. Verum enim verò quam vana hæc sint dubia, inter rectos rerum aestimator. res constat. Est quosdam gradus vel ambientium vel conferentium illegitimum & inhonestum intendere finem: An ideo tunc gradus licentia ac dignitati aliquid decedit? Non omnes ad Magistratus Officium gerendam aspirantes eundem sibi scopum proposuere, quis autem ea propter concludit: Ergo omnis Magistratus est illegitimus; est vanus, inutilis ac noxia: nisi apertum sese Fanaticum & Anabaptistam Reipubl. turbatorem profiteri velit. Quod ceremonias in collatione graduum adhiberi solitas spectat, tantum abest ut opprobrio sint gradibus, ut potius iisdem splendorem conciliant, quemadmodum infra probaturi sumus. Apud omnes Moratiores Gentes usu receptum fuisse actus majoris momenti sine adhibitis certis quibusdam solemnibus & Symbolis non facile celebrare, ex historiis passim edocemur. Et de Majoribus nostris non minoris procul dubio iudicii, quam se recentiorum aliqui jactitant, ne præsumi quidem potest, quod solemnia hæc tanto studio posteris commendassent, si histrionicis & Scenicis ritibus, quam decentibus viciniora fuissent Notæ sunt variae solemnitates in præstatione juramenti apud Romanos aliosque populos usitate, de quibus Annæus Robertus^{a)} doctissime disserit. Qvales etiam ritus nostra ætate obtinere declarat, quod in omnibus promotionis actibus, tacto prioribus dextræ digitis Sceptro Academico, deponi solet juramentum. De quo vid. Samuel Stryk. (b) Qui ritus omni certe superstitione vacat, nec sine fundamento antiquitus fuit introductus. Eo enim graduum Candidatis, sine omni dubio, in memoriam revocare voluerunt

a) Rerum Judicar. Lib. I. c. II.

b) De Juræ sent. dist. 7. c. I. n. 44

erunt, quanta religione & reverentia illud præstarent, adeoq; temere non sit suscipiendum jusjurandum, quo DEO Magistratui & Rei Publ. Literariae obstricti redduntur. Idem etiam de cæteris Solemnibus judicandum est. Quæ nec frustra adeo sunt, & sine omni penitus utilitate, prout sentiunt, quibus exosa sunt. Nam si ab omni abusu abstrahamus, dignitatem & splendorem conciliant actui, faciuntq; ut quoties novorum Doctorum memoriae recurrunt, officii sui collatiq; muneris recordentur. Cathedra, faces, liber, pileus, aureus annulus, Osculum & quæ sunt id genus alia non pro nugis habenda sunt & antiqvis ineptis, cum omnia singulaq; propria, singulari & salutarî gaudeant significatione. Quæ tamen pro varietate Academicarum Facultatumque variant. Significationes autem eorum solemnium brevitati studentes omittimus, quoniam apud Iterum (c) prolixè de his legi potest. Usum vero & consuetudinem eorum, cum in perpetuam & necessariam nunc abierint observantiam, confirmare & retinere, haut noxium & insalutare judicamus. Quid? quod privatâ Promotoris auctoritate nec mutanda sint, nec detrahi ipsis aliquid debeat.

e) De Gradibus Ac. c. iix.

a) Cap. II. §. 7.

§. IX.
Postremum denique argumentum, (a) desumptum à turpissimo superbiæ vitio in gradu ornatis conspicuo, diluendum nobis restat. Dolendum quidem est, concedere nos debere, haut raro fieri, ut quidam eo minus digni condecorati quasi præmio virtutis suæ superbiant & insentur, ut faciem, gestus ac mores si spectes, viros putares, nescio quantum pretii. Num vero quod in graduato vitii est, gradui imputabitur? Honores Academici extra abulum & in se spectati præposterius hujus effectus nullo modo argui possunt, nec in ipsis honoribus sed honorum candidatis intra cancellos & modestæ limites se continere nesciis vitium hoc residet. Quod cum ita sit, Gradibus nostris insignem injuriam faciunt Antagonistæ nostri, dum dicam, ipsi scribere sustinent

finent, cuius tamen non magis rei sunt, quam sacra Ora-
cula & sana Philosophia, quod ex iis male applicatis Hæ-
retici ad oppugnandum orthodoxam veritatem varia
depromant frivola argumenta, quod tamen enorme pec-
catum non ipsis, sed heterodoxis imputandum est. Et cum
hoc utimur simili, quibus vel sexcenta in civilibus & hu-
manis negotiis occurrit? An ideo nemo honorandus,
quia multi per exhibitum honorem efferuntur? Sed sa-
pienti pauca. Simili colligendi ratione innituntur & re-
liqua minoris ponderis argumenta, quibus dignitates
academicas impugnant adversus eas furore nescio quo
insanientes Adversarii. Quæ singula refellere cum à præ-
fenti instituti nostri brevitate alienum sit, officium no-
strum fecisse nos arbitramur, quod contra adducta, pro
virili, easdem defendimus & ab iis liberavimus.

§. X.

Nunc vero nobis hæc cura circumstat, ut demon-
stremus & paulo altius repetamus Graduum fundamen-
tum. Quod ita planissime nos facturos arbitramur, si fun-
damenti loco à nobis (a) suppositum Juris Nat principium
substernatur, quod qualis futura heic nobis demon-
stratio sit clarissime explanabit. Apud omnes scilicet in con-
fesso est, egregia literarum studia Societatibus & Rebus-
Publicis maxime necessaria esse, cum omni tempore ipsis
expediat bonos habere & eruditos in Civitate Cives, qui
postulante necessitate rite & ex artis præscripto cum se-
cularia tum Ecclesiastica negotia queant tractare. Per-
curramus omnes omnium facultatum Ordines. Theolo-
gos intueamur, Jure Consultos, Medicos atque Philosophos,
deprehendemus profecto ex illis haut exiguum in eas-
dem redundare commodum. Deum enim loqui & Sacra
Religionis mytheria rite tractare & virtutes homine Chris-
tiano dignas persuadere, quantum emolumenti adferat
Societati humanæ vel inde patet, quod sine vero Numi-
nis sensu cultuque salva eadem & incorrupta nunquam
futura sit. Solide hoc deduxit Puffendorffius (b) Et ipsi
Athei, licet nullum esse Deum statuentes, fatentur opti-
me Societati humanæ consuli, si in eâ persuasione homines
detineantur. Jurisperitis, qui iustitiam investigant & le-
gum arcana explicant, eandem opus habere quilibet nobis-

a) Cap. I. §. VII.

b) L. n. de Off. II
& c. Cap. IV. §. 9.

E

cum

Cum fatebitur. Medicis, qui morbos repellant corporaq;
 conseruent, eandem carere non posse extra dubium est.
 De philosophis probatu paulo difficilius forte videbitur
 assertio nostra, praesertim cum non nullorū falsis rumo-
 ribus hodie tanquā super vacaneum & parum utile ubiq;
 circumferatur Philosophia Studium, cum tamen, pro-
 pter insignem, quam in superioribus scientiis praestat, uti-
 litatem, reliquarum scientiarum nulli sit postferendum,
 multo minus spernendum. Logica sane recte ratiocinari
 docet. Metaphysica terminos suppeditat, quibus rem di-
 stincte pariter & succincte intellectui aliorum proponere
 possumus. Quantum utilitatis Physica & Mathesis praestent
 societatibus colligere integrū erit ex experientia quoti-
 dianā totq; utilitate suam spargentibus inventis, de quibus
 consulendus Exc. Dn: Paschii Tractatus de Nov-Antiquis.
 De Practicā philosophia qui verba faciamus necesse non
 est, utpote quae de officiis nostris homines decentibus nos
 informat, & eā sublata, omnis societas ē mundo facillime
 rolleretur. Neq; opus esse reor Politicorum hic consensum
 adduxisse. Eecur quos penes Rerumpublicarum cura est,
 Scholas erigunt? Cur tantos iis sumtus impendunt? nisi
 quod literarum utilitate in societate humanā agnoscant.
 Ipsum agnoscens Alphonsus Arragoniae Rex, cui cognom-
 en sapientis tributum, solitus legitur dicere; Malle Re-
 gnasua, quae multa haberet, perdere, quā literas, quas per-
 modicas sciret, nescire.

§. XI.

Ex quibus omnibus immotā consequentiā fluit, quam
 valide ad studiorum culturam obligentur qui insigniter
 de societate humanā & Republica merentur sunt. Ad o-
 mnia enim ea, quae societati proficua sunt, quilibet ob-
 strictum se obligatumque fateatur, necesse est, & quo
 magis quaedam sunt salutaria, eō magis ad illa adstringi-
 tur. Quo procul dubio respicit Celeberrimus ille Puffen-
 dorffius (a) dum animum ante omnia ad commode to-
 lerandam vitam socialem informandum esse, monet. Cum
 vero in quolibet statu & in Artificio quolibet, excellentes
 Viros desiderat bene constituta Res Publ. non absolute o-
 mnes hoc obligationis vinculo obstrictos esse volumus
 ut literarum studiis sese mancipent. Unusquisque enim
 honestum illud eligat vitae genus, quod impulsus genii &

a) L. 1. de Off.
 H. & C. Cap. V.
 §. 2.

habilitas

habilitas, natalium conditio, fortunæ bona, Parentum
auctoritas, Imperantium civilium iusta, occasio atque
necessitas, ferunt, quemadmodum nos Puffendorffius
monuit. Maxima tamen laus eos manebit, qui erudi-
tione suâ Reipublica præfunt, cui nec experientia re-
fragatur.

§. XII.

Quemadmodum autem nihil Publicæ Rei latius
aut utilius, quam cives ejusdem variis liberalium ar-
tium studiis animum suum exercere; ita non minoris est
necessitatis istos eruditionis suæ & virtutis præmia testi-
moniaque ferre, quæ sunt gradus nostri Academici.
Ea enim est Humani ingenii conditio, ut nisi præmiis com-
pensetur & ad præclara studia invitetur, satietate quasi
languescat, juxta illud Ovidii: (a)

Non facile invenies ex multis millibus unum,

Virtutem pretium qui putet esse sui.

Ipse decor recti facti, si præmia desint,

Non movet & gratis pœnitet esse probum.

Cui etiam ad stipulatur candidissimus ille humani in-
genii censor Cicero (b) dum inquit: *Honos alii artes omnes-
que incenduntur ad studia gloriae jacentis, ea semper, quæ a-
pud quosque improbantur.* Et alibi: (c) *Boni non solum me-
tu pœnarum Verum etiam præmiorum quosq; exhortatione
efficiuntur.* Præterea Reipubl. non minorem inde ca-
pere utilitatem, quod præmiis ad virtutem incitentur bo-
ni, quam pœnarum metu à criminibus arceantur mali, suo
testimonio satis comprobatur verbis seqq. Limæus (d)
*Quemadmodum Reipubl. interest, ne delicta maneant impu-
nita, ita etiam ejus interest, ne benemerita a compensata abe-
ant. Est enim honor dulcissimus cibus, quo nutritur virtus.*

§. XIII.

Quæ cum ita sint, nullum fundamentum videmus,
quo graduum nostrorum sive utilitatem sive necessita-
tem cum Adversariis in dubium vocare possumus, quin
potius cum Limæo l. c. concludimus, laudabili instituto
inter Literatos introductum esse, illis, qui egregios in
studiis fecerunt progressus, sua, si petant, attribuerent præ-
mia, eosdemque, pro meritis, certis honorum gradibus
exornare. Recte igitur Academici Gradus introducti
sunt, & legitime hodiernum à meritis arbiuatur iisque
conferuntur.

§. XIV.

a) L. H. de Pont
Eleg.

b) Lib. 1. Tusc.
Q. 1.

c) L. 1. de j. &
i. §. 1.

d) Jur. Publ.
L. 1. 1. Cap. 8.

§. XIV.

Hoc ipsū suo quoq; suffragio comprobans aliā ex philo-
sophiā desumpta ratione sufficienter demonstrat Iterus,

a) Lib. de Grad.
Acad. Cap. II.
5, 129

(a) qui sententiam eorum, qui summum Bonum in honore
collocarunt, averfatus, non quidem in eorum adeoque
Graduum Academicorum adeptione illud posuit, inter
adjuncta tamen summi Boni & ea quidem, quæ com-
munia in Ethicorum Scholis vocantur, recte referre
haut dubitavit. Verba ejus hæc sunt. *Cum vero non ipsum
tantum S. Bonum, sed & ejus adjuncta ex illorum sunt vi-
mero, ad quæ obtinenda omni animi nostri contensione me-
rito laboramus, uliro sequitur, ad petere honores & Aca-
demicos Gradus, in vitio poni non tantum non posse, sed lau-
dem insuper mereri haut Vulgarem.*

§. XV. Sicitaq; demonstratā evidentissimis probationi-
bus theos nostræ veritate, nihil aliud restare videtur,
quam ut dissertationi nostræ finem imponamus. Quod
facturi sequentia porismata practica ex hæctenus dictis
deducta adjiciemus.

I. Peccat contra jus Naturæ, qui indignus gradum ali-
quem in Academia ambit.

II. Peccant non minus, indignos qui gradu Academico
ornant.

III. Omnis Graduum ambitus vanum finem habens
Juri Nat: repugnat.

IV. Stultitiæ non infimus Gradus est Gradu Academi-
co Superbire.

V. Privilegia Gradibus annexa, tanquam eruditionis
virtutumque præmia, laudanda à quoquam non sunt.

VI. Gradum adeptus ejusdem privilegia pro virili de-
fendere tenetur.

VII. Idem non permittet nulla à se in Rempublicam
commoda redundare.

VIII. Gradus Academici vilescunt, non si multis, sed si
indignis conferuntur.


IX. Laudem meretur foemina literis operā suam navans.


X. Honor Gradus Academicos concomitans in supre-
mum referendus est honorum Diribitorem Deum,

Cui Soli

Semper sit

Omnis laus, honor & Gloria,





DA A 6540

ULB Halle
002 937 247

3



Sb.

WDX





No. 11.

Q. D. B. V.
**MORALITAS
GRADUUM A.
CADEMICORUM**

EX JURIS NATURÆ PRINCIPIIS,
CONTRA FANATICOS PRÆERTIM,
ASSERTA
ET

BENIV. AMPL. FACULT: PHILOSOPH: CONSENSU,
IN FAMIGERATISSIMA MECKLEN-
BURGENSIUM ACADEMIA,
IN AUDITORIO MAJORI,
Anno MDCCII Die Junii,
SUB PRÆSIDIO

**M. FRANC. ALBERTI
ÆPINI,**

S. S. THEOL. CAND.
DEFENDENDA
AB

AUCTORE RESPONDENTE
JOANNE CARLQVIST,
Sveco.



ostochl, Typis JOH. WEPPLINGII, Univ. Typogr.

